Actum in Curia Regia Branscensi Feria Quarta post Dominicam Conductus Pascha proxa Anno Dni Millmo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo

Golembie Dzierski — Demissio

Coram offo et Actis praesentibus pltr comparens Nobilis Barbara Zalkowska relicta primi olim Nobilis Stanislai Golembiewski ad praesens secundi matrimonij consors legitima Nobilis Joannis Wyszynski cum eiusdem mariti sui personali assistentia et consensu praesentaneo Sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia ipsa Nobili Augustino filio Nobilis Adami Dzierzek et ipsius succesoribus obligationem suam terrae immobilis in bonis Golembie sittam sibi recognoscentem per Nobilem Gregorium olim Stanislai Golembiewski coram actis antedictis binis inscriptionibus originali et superreceptiva in Summa Quinquaginta florenorum polonicalium inscriptam Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sibi ac parata intromissione possessionis introductione evictione et omnibus ligamentis in originali inscriptione contentis accepta sua sufficienti satisfactione demittit Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam ipsius et eius successores plenarie transfert et transfundit Jubens illi ex nunc cum pacifica possessione permittendo a Nobiles [illegible] ossore accipienda admittendo salva commissione religionis hiemalis conta[illegible] praeteritum et excisione silvarum in eisdem bonis sibi praecavendo.

Ibidem — Donatio

Coram offo et Actis praesentibus pltr comparens Nobilis Melchior olim Martini Gzowski in Gzowska et Golembie haeres nomine suo et Nobilium Adami et Stanislai Gzowskich fratrum suorum germanorum absentium a quibus de rato et grato cavet Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Adamo olim Laurentij Dzierzek et ipsius posteris Bona omnia mobilia et immobilia in haereditate Golembie consistentia per parentem suum a Nobili Nicolao olim Stanislai Golembiewski acquisita et se ac fratres suos spectantes iure haereditario succesorio concernentia cum omnimoda bonorum [illegible] et [illegible] suos spectantibus areis hortis agris pratis campis silvis virgultis stagnis piscinis et generaliter omnibus [illegible] omnique iure dominio proprietate propinquitate [illegible] et titulo nihil sibi et fratribus suis [illegible] reservando [illegible] ipse tenuit habuit et possidebat [illegible]

5326 (?)   5360 (?)

resignavit ac inscripsit Cui jam ex nunc jure suo realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos accipiendam dat et admittit facitque intromissionem et evictionem omnimodam ab omnibus et a fratribus suis per et ultra omnes praedecessores Tunc cavet ac se de bonis omnibus praesentitatem suam ad id de eisdem bonis ostendendo inscribit et ipse per se et per submissas personas non impedire se submittit sub damnis litibus simplici taxatis et coram officio praesenti peremptoria ratione ac satisfactione cum juris remediis et suspensionibus impedimentis etiam de jure concessibilibus se ad suos haeredes abscribendo.

Gasowski — Debitum

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Augustinus filius Adae Ciesiek Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Melchiori de Marchi Gasowski eius praesentis Tredecim Sexagenas pecuniae debiti certi et liquidi tenetur ac debere et pro festo Sancti Martini Pontificis proxime futuro parata pecunia persolvere se de omnibus bonis cum praesentis suis inscribit ac submittit sub vadio similis et coram officio praesenti peremptoria ratione ac satisfactione omnibus exceptionibus allegationibus dilationibus ac ceteris impedimentis se ad suos haeredes abscribendo.

Wyszeński Falkowska — Reformat

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Brzescensis personaliter comparens Nobilis Joannes filius olim Nobilis Joannis Wyszeński in Wysoki Wyszyny et Poselkie [illegible] haeres Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque expressis recognovit Quia Nobili Barbarae filiae Nobilis Laurentij Falkowski de [illegible] relictae primi olim Nobilis Stanislai [illegible] bierowski ac jure secundi nuptias consortii sui legitimae et suis legitimis successoribus Ratione verae dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hereditate Wysoki Wyszyny et Poselkie consistentium hereditariorum obligatoriorum vel alio quovis modo ac juris titulo se concernentium nunc habitorum et in posterum favente Divina clementia habendorum et [illegible] summam veri dotalicij Trecentorum florenorum post adde[illegible] vero Quinquaginta florenorum post mortem eiusdem dotalitium [illegible] Regno Poloniae observari solitorum inscribit Reformat assecurat Dotalitiatque patrocinio suo ad id accedente.

Krasowo Łukawica — Donatio

[illegible] coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Jacobus de [illegible] [illegible] in Łukawica haeres Sanus mente et corpore [illegible] recognovit Quia Nobili Paulo olim [illegible] de Krasowo [illegible] haeredi et ipsius [illegible] suorum immobilium in hereditate Łukawica [illegible] tres medios mansos a via strata

Wyszeń